

Ac demum quod in eodem Testamento de fupervenientia filiorum cogitavit, & \* in hunc casum <sup>15</sup> pervenientia filiorum cogitavit, & \* in hunc casum de hæreditate discretivè disposuit, legatum verò legitimæ non mutavit argumentum *lege prima, §. in autem ad deficientiæ, Cod. de caduc. toll. Gabriel. dicto consilio 132, questione secunda, nu. 17, vers. accedit etiam lib. 1, Rota decis. 472, nu. 17, p. 5, recent.*

Nec relevat, quod Testator ideò filios instituerit ne testamentum ob illorum præsentationem caducaret, legatum verò legitimæ non revocaverit; quia sciebat, quod ex juris dispositione per supervenientiam filiorum evanuerat.

Nam pro validitate testamenti necessaria quidem fuit institutio, superflua tamen digressio ad illos gradus substitutionum, qui in eodem Testamento loquuntur; *summario responsionis conjugum, numero primo, ex quibus apertè dignoscitur, Testatorem non fecisse mentionem de filiis ad salvandum duntaxat Testamentum à vitio præteritionis, sed quia voluit etiam providere aliis suis descendentiis, unde viget conjectura à discretiva dispositione desumpta, ex supra allegatis.*

Hinc patet non applicari conf. Rimin. Sen. 123. <sup>16</sup> \* n. 22, & seqq.

Quia in casu, quo ipse consuluit, liberi non fuerant instituti, sed ab intestato successerant, ut explicat *sub n. 18, vers. & quod ita sit, ubi ait Testatricem instituisse Monasterium, si sine liberis decederet, quòdque decedendo cum liberis successio redacta fuerat ad causam intestati. Undè non mirum si per supervenientiam filiorum legatum legitimæ matris, unà cum cæteris in testamento dispositis, corruit; in casu autem nostro, Testator supervenientibus filiis, illos in proprietate instituit, ac discretivè de sua hæreditate disposuit.*

Quod autem legatum non revocaverit, ex quo sciebat, quod ex juris dispositione caducaverat, <sup>17</sup> est mera divinatio, \* quæ in perscrutandis Testatorum voluntatibus non admittitur, ut docebat Alcizius *consilio quadragesimo-quarto, sub nu. trigesimo-tertio, versic. cum ergo libro 9. Mantica de conjecturis, libro tertio, titulo secundo, num. secundo. Cyriac. controvers. 340, num. decimo-sexto. Rota decisione 472, num. 17, parte quinta, recent.* Præsertim cum præ se ferat mutationem

<sup>18</sup> depositionum, qua posita mater \* fuisset deterioris conditionis, quam uxor, cui Testator usufructum reliquit, etiam stantibus filiis; matris verò nihil, quod esset absurdum, ut ponderat Gabriel. *dicto consilio 132, questione secunda, sub nu. decimo-septimo, vers. Accedit quod maritus, libro primo, & Rota in secunda decisione, §. denique, ideòque non est præsumenda, \* sed aliundè probari debet, juxta textum in leg. cum tacitum & cum qui, ff. de probation. leg. fideicommissa, §. si rem; ff. de legat. 3, leg. sancimus, Cod. de testament. Alexander consilio 109, numero 7, libro quinto.*

Et in hanc sententiam eo libentius DD. inclinarunt, quia saltem negari non potest, quòd ex <sup>20</sup> præmissis res valde dubia reddatur, \* quòd sufficit ad hoc, ut legatum non censeatur revocatum, ex adductis per Peregrinum *consilio 43, nu. vigesimo, libro primo. Fontanell. decisione 509, num. quarto, cum aliis allegatis in prima decisione, §. Tandem. \* In dubio enim semper pro validitate legati correspondendum est ad legem quoties, l. 2, ff. de rebus dubiis, Joann. Faber in §.*

*huic proxima, num. tertio, vers. in 3, instituit, de legat. Grat. in dicto §. legatum, questione 59, sub nu. tertio, vers. quod in re dubia, Alexander dicto consilio 169, nu. 8, lib. 5, præsertim favore matris, per textum, in leg. Prædium, §. affini suo, ff. de fund. instruct. leg. cum alienam, Cod. de legat. Mantica de conjecturis, libro sexto, titulo 11, num. vigesimo-secondo, cum sequent. Magon. decisione Florent. 46, num. duodecimo. Peregr. consilio 65, num. 3, lib. 3.*

Ad requisitam verò præscriptionis exceptionem, fuit responsum, illam non obstat, cum interrupta fuerit per litem desuper motam anno 1562. & licet in ea taciturnitas longissimi temporis intercesserit; \* instantia tamen de Jure Canonico est perpetua, ut præter allegatos *in prima decisione, §. sine, probat aliis relatis ac de communis attestans Scacc. de Judiciis, lib. 2, cap. 2, num. 687, & de appellationibus quest. 15, num. 275, quæ perpetuitas non restringitur ad 30. annos, \* nisi <sup>23</sup> quando copulativè concurrat bonum jus clarum Conventum, ut declarando Decis. Achill. de Grass. 7, ut lite pendente in contrarium allegata respondit Rota in Legionens. Præsimonianum 27 Novembris 1592, coram Pamphylio apud Garziam de beneficiis, part. 6, cap. 4, n. 42, vers. nec obstat taciturnitatem 30, annorum & in Borsanens. Decimarum 24 Januarii 1642, coram Reverendissimo Salamant. §. final. in fine.*

Et ita, &c.

## DECISIO C.

R. P. D. ZARATE.

Perusina Legati.

Veneris 21. Maii 1655.

## SUMMARIUM.

- 1 Immissio ex Salviano, pro legatis debetur.
- 2 Legitima debetur cum fructibus. Amplia, ut numero 11.
- 3 Triginta annis præscribitur, n. 5.
- 4 Testes de auditu in antiquis probant.
- 5 Tempus ultra 60. annos dicitur antiquum.
- 6 Fides mala in jure quærendo non attenditur.
- 7 Præscriptio contra mutos & surdos non currit.
- 8 Institutio debet intelligi deducto ære alieno.
- 9 Fructus in legitimam non imputantur, & nu. 10.
- 10 Legitimæ taxantur in rationem quinque pro centum, nu. 12.
- 11 Stabilium taxantur in rationem quinque pro centum, nu. 13.

**I**mmissionem Dominis de Columbis Nepotibus, & hæredibus Olympiæ, ex ejus, & Virginiæ sororis persona in bonis Francisci Cincii pro legatis Floren. bis mille concedendam \* hodie <sup>1</sup> fuit resolutum, quæ ex remedio Salviani proculdubio, competit in bonis Testatoris sub hypotheca obnoxii, ut per textum in l. 1, Cod. comm. de legat. ubi communiter Doctores, & in §. nostra instrit. de legat. Surd. consilio 209, nu. 4. Pacific. de Salvian. inspect. 3, cap. 4, nu. 186. Rota coram Duran. decisione 185, n. 2, & sequent. & dec. 438. nu. 1, part. 5, tomo 2. recent. non solum pro sorte, sed etiam pro fructibus à die obitus Francisci, cum

cum legata relicta fuissent, pro dd. suorum legitima, \* quæ una cum fructibus solvi debet, ut per Bald. conf. 128, n. 4, Peregr. de fideicommiss. art. 36, n. 69, à n. 19.

Quod autem Columbi sunt hæredes dd. sororum, nullatenus controvertitur, & plenè firmatum extat *decis. 184, & 368, in prin. p. 5, recent. & in decis. 15 Maii 1651, & 18 Martii 1652, coram R. P. D. meo Peutingerio. Bona verò de tempore mortis per dictum Franciscum possessa constat esse prædium della Ieverina, prædium della casa bianca, ac prædium della Capaccia, & alia, quæ declarant Testes pro Cinciis examinari Sum. Columbi num. 2. Quorum licet unus de propria scientia, & visu deponat, \* & alii duo de auditu sufficienter probant in antiquis, ut per Mandell. consilio 6, n. 8, Honded. conf. 57, n. 52, lib. 1, Peregr. de fideic. art. 44, n. 17, Rota coram Duran. decisione 344, num. 4, in Perusina fideicommissi de Gratianis 27 Martii 1628, coram virili, & in Bononiens. de Manzolis 15 Martii 1630, coram bon. me. Coccin. Quoniam idem Testes de auditu non referant, à quibus audierint, ut per dictum Duran. decis. quæ alias refert, n. 3, tempus verò antiquum apparet, \* quia 60. annorum metam excedit, quod in hac materia utique antiquum censetur, ut per Rotam, coram Seraphin. decis. 75, in fine, decis. 389, n. 3, coram S. M. Gregor. XV. ubi Add. n. 7, dict. decis. 744, & d. n. 4, penes Duran. decis. 694, n. 2, p. 2, recent.*

Nec prædictam immissionem excludit objecta præscriptio ob cursum 60. annorum à morte Francisci ab anno scilicet 1593, ut in Summ. Cincii n. 50. aut 40. annorum & ultra à die mortis Petri Hieronymi, de anno 1607, sequuntur, ut in d. summ. n. 6, ex quibus satis conficitur tempus 30. annorum pro excludendis legatis, \* etiam jure legitimæ, secundum tradita per Modern. Forolivien. de legitima lib. 5, tit. 3, q. 10, n. 8, & 9, Rota decis. 337, n. 20, p. 5, rec. dicta distinctione bone, vel mala fidei, quæ in hærede hoc casu non attenditur ex traditis per Ancharan. in cap. sine possessione n. 7, ad finem, vers. item intelligi de reg. jur. in 6, Honded. conf. 83, nu. 48, lib. 1, Menoch. conf. 201, n. 112, Grat. decis. Marc. 4, n. 9. \* cum in jure quærendo mala fides non consideretur, Eugen. conf. 9, n. 85, lib. 1, Rota coram Pen. dec. 117, n. 3, dec. 180, n. 8, p. 2, divers. & decis. 181, n. 2, p. 2, recent.

Nam prædicta objectio sublatæ fuit in prima decisione R. P. D. M. Peutingerii die 15 Maii 1651, §. nec obstat, ubi animadvertitur respectu Petri Hieronymi usque ad tempus motæ litis de anno 1627, non effluxisse annos 30, nec præscriptionem adversus dictas sorores, \* tanquam mutas, & surdas processisse per text. in l. sicut, C. de præscript. 30, vel 40. annorum Rota in Romana Canon. 15 Aprilis 1622, coram Bald. Senen. & in Perusina hæreditatis 15 Decembris 1627, §. nec facit coram Virili, quæ quatenus procedit restitutio in integrum, ipsis competeret, ut in principio hujus causæ §. nec relevat, & in dicta Perusina hæreditatis coram Virili.

Minusque impediri debet immissio pro Florenis 500, ex eo quòd legatum Virginiæ spectaret pro medietate ad Martium alteram sororem, & ejus filios ab intestato. Nam omisso, quòd in transactione anni 1631, Columbi declarantur hæredes Virginiæ, & Olympiæ, & in instrumento dato in responsione facti eadem Matria dotem receperat, & ideò per statutum exclusa remanserat ab hæreditate Virginiæ, cui solum Olympia in-

Decisiones ad Tract. de Alimentis.

nupta & indodara successit, ut firmatur in dicta prima decisione R. P. D. mei Peutingerii, §. rata.

Nec magis minui debet immissio ex retentione quorundam mobilium, & imputatione pensionum domorum seu fructibus censuum: Nam ex quantantia data in calce responsionis Columbi, apparet eadem mobilia, & suppellectilia Cinciis fuisse consignata, ut firmavit Rota in alia Perusina Censu 27 Junii 1653, coram R. P. D. meo Peutingerio, & quo ad pensiones domorum, & fructus census, in prædicta transactione, visa fuerunt reservata, contra inquilinos & debitores: Sicut nec etiam ex alimentis per Petrum Hieronymum subministratis, siquidem ipsa non fuissent sufficienter justificata in summ. Cincii, n. 14, ut proinde non habeat locum statutum Perusinum, §. item, si aliquis datum in summ. Cincii, n. 15, quòd etiam solum disponit in dote, & successione ab intestato, non verò in testamento, aut in legato pro legitima, ut ex ejus lectura apud Gilian. super d. statuto, fol. 135, rubr. 43, verbo femina, vers. item, si aliquis Pater.

Nec admittenda est exceptio compensationis ex usufructu hæreditatis Petri Hieronymi Fratris dd. sororibus relicto cum obligatione restituendi Ludovico Cincio, absque ulla diminutione: Nam illa institutio \* intelligi debet deducto ære alieno, ex traditis per Surd. conf. 388, n. 6, Cyriac. contr. 222, n. 77, cum seqq. adeò ut ab initio, ministerio legis legatum legitimæ censeatur detractum ex bonis paternis, \* & in eam prædictos fructus sorores imputare non teneantur, ut plenè firmatur <sup>8</sup> decis. 1, R. P. D. mei Peutingerii, §. Pariter non relevat, §. cessat. Nec præceptum restituendæ hæreditatis pleno jure, & sine diminutione intelligi debet, respectu legati pro legitima relicti, sed respectu Trebellianicæ, quam sorores tanquam hæredes Fratrum prætereundæ possunt.

Prætereà non relevat, quòd Columbi perceperint ab Oeconomio scuta 500, & alios inferiores fructus depositatos, quia cum legatum legitimæ una cum fructibus \* dd. sororibus deberetur, ipsa <sup>10</sup> legitima diminui non debet, sed prædicta quantitas scutorum 500, & alii fructus compensandi sunt cum fructibus ejusdem legitimæ, ut firmatur in dicta decisione 1, R. P. D. mei Peutingerii, §. ac proinde, ubi rectè deciditur fructus ex legitima deberi, quando hæreditas \* consistat in stabilibus, licet legitima relinquatur in quantitate ex traditis per Modern. Forolivien. de legitima libro secundo, titulo primo, nu. 29, ad med. Peregr. de fideicommiss. art. 36, n. 39, ubi ejus additionator, qui alios refert.

Undè cum à die obitus Francisci, qui fuit 10. Febr. 1593, Sum. Cincii n. 50, dictum legatum legitimæ debeatur, ut firmatur in d. decis. R. P. D. mei Peuting. §. nec obstat, cum duobus seqq. & ab illa die usque ad solutionem dictorum scut. 500, & aliorum inferiorum fructuum continentem 10 Martii 1631, effluxerunt 38. anni & mensis unus ut dictum legatum florenorum 2000. reddit florenos 3808. & tertium unius floreni pro fructibus, cum redditus cujuslibet anni sit Florenorum 100, calculato prædicto legato legitimæ ad rationem quinque \* pro Centenario, prout legitima computari <sup>12</sup> debet, juxta tradita per Covarruviam variar. resolut. libro 3, cap. 9, n. 5, Modern. Forolivien. de legitima lib. 2, tit. 1, q. 1, à n. 5, Rota dec. 571, n. 1, p. 2, rec. \* Ut accidit in taxatione stabilium, ex <sup>13</sup> positione Auth. prætereà, Cod. de sacros. Eccles. ut pluries firmavit Rota in decisionibus allegatis in Re-



canatens. hered. 28 Junii 1652, §. à dicta verò die coram me.

Verum quia post mortem Petri Hieronymi sequuta die 29 Augusti 1607. Summ. Cincii n. 6, præfatæ, Olympia & Virginea sorores unâ cum Isabella hæredes usufructuaræ ab eo institutæ possederunt, ut dicta 4, corpora usque ad obitum ultimi decedentis, quæ, ut refert, fuit Olympia, & accidisse de anno 1627, ut admittit decif. Reverend. mei Peutingerii edita 15 Martii 1651. in §. nec obstat; idè ex dicta summa Florenorum 3808. remanent fructus legitimæ in Florenis 18363. constitutibus scuta 1166. b. 66, monetæ Romanæ, à qua summa detrahi debent, dicta scuta 500 monetæ, & alia per Columbos, ut supra habita ab Oeconomo die 10 Martii anni 1631. consistentia in eminis 63 tritici constitutibus Salmas 21. ad rationem scut. 8. pro qualibet Salma, ut partes conveniunt, quæ faciunt scuta 168. in fabis pro summa scut. 4, 50, omiſſa minima quantitate cicerum, & aliorum leguminum, & demum in pensio-nibus domorum ascendentibus ad scuta 16, & 50, monetæ in totum in summ. justificatis, & ita patet ad Columbos pervenisse scuta 688. monetæ in tot. quibus detractis ex dicta summa supra calculata, scutorum 1166, b. 66, remanent. dd. fructus in scut. 478, 16, istisque additis aliisque fructibus post d. diem 10 Martii 1631, decursis usque ad diem 10 Martii 1655, per annos 24, constitutibus alios flor. 2400, qui important scuta 1500, monetæ insimul conficiunt dicti fructus scuta 1978, 16, monetæ pro quibus, & pro leg. flor. 2000. constitutibus scuta 1270, ejusdem monetæ Romanæ, & insit in totum pro summa scut. 3228, 16. & pro aliis fructibus ab inde decursis & imposterum decurrendis usque ad integram satisfactionem dicti legati Domini immiſſionem concesserunt utraque parte informante.

## DECISIO CI.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Cafalis Veteris.

Veneris 4 Junii 1655.

## SUMMARIUM.

- 1 Descendentes à femina non dicuntur de generatione masculina, sed feminina.
- 2 Filia primi acquirentis non dicitur de generatione masculina, nondum quoad ipsum inesse producta.
- 3 Virtus plus in causato esse non potest, quam in causa.
- 4 Masculus quod quis sit, & proveniat ex linea masculina primi investiti requiritur, ut succedat in emphyteusi concessa à tertia generatione masculina, ex femina non continetur in locatione facta ad tertiam generationem masculinam, n. 39.
- 5 Interpretatio in emphyteusi Ecclesiastica, quæ favet Ecclesiæ capienda in contractibus sit contra stipulatorem, n. 6.
- 7 Dicitio, A, stat exclusivè, declara, ut n. 8.
- 9 Emphyteusis Ecclesiastica etiam ultra tertiam generationem conceditur, concessa ad tertiam generationem, an comprehendat acquirentem primum dubitatur, n. 10.
- 11 Bona ut citius ad Ecclesiam revertantur, mens contrahentium in emphyteusi præsumitur.

- 12 Filii dicuntur primi acquirentes emphyteusis, quando pater stipulatus est pro filiis, & ad eorum tertiam generationem.
- 13 Dicitio, eorum, est separativa primi acquirentis à cæteris generationibus, prout omnimodam importat similitudinem, n. 24. Propterea posita post copulativam, &, conjungit dispositiones, num. 25.
- 14 Scripturæ pleniori statur, maximè concurrentibus adminiculis, n. 15.
- 16 Emphyteuta ad favorem, ex quibus fiat interpretatio.
- 17 Capitula, & non instrumentum attenduntur, & n. 19.
- 18 Relato magis standum, quam referenti.
- 20 Personæ additio substantialem inducit alterationem.
- 21 Confirmans in aliquo non derogare videtur.
- 22 Clausula in omnibus, & per omnia importat conformitatem, singula singulis operatur superius dispositorem expressionem, n. 23.
- 26 Verba quando habeantur pro synonymis, Cominciando da suoi figliuoli, immediatè adjecta generationi, eam qualificanti, nu. 33, & nu. 34.
- 27 Interpretatio capi debet ad evitandam contrarietatem inter capitula, & instrumentum.
- 28 Tituli à primordio, posterior formatur eventus.
- 29 Beneplaciti tenor, & non instrumenti attendi debet, præsumptio ex lapsu 30 annorum sublata, n. 30.
- 31 Observantia optima interpretis menti contrahentium excludendi feminas in emphyteusi attenditur, n. 32.
- 35 Temporis intervallum non operatur, ut stetur instrumento, non autem capitulis.
- 36 Argumentum intraturæ in emphyteusi non respicit substantiam contractus.
- 37 Argumentum continuatæ voluntatis in expressis desumitur ex mutatione expressa in aliquo.
- 38 Favor Ecclesiæ in ambiguis privatorum prævalet.

Dixerunt Domini, concessionem Cafalis veteris factam ab Abbate, & Canonicis Sancti Petri ad Vincula, Joanni Baptistæ Victorio à tertia generatione masculina, cominciando da suoi figliuoli, &c. non suffragari DD. de Robertis, quia licet masculi, tamen uti descendentes \* à Victoria filia Joannis Baptistæ non possunt dici de illius generatione masculina, sed feminina, juxta theor. Castr. in l. maritus, num. 5, Cod. de procurat. Mart. Salom. in l. Gallus, §. nunc de lege, n. 3, ubi DD. communiter ff. de liber. & posth. spec. §. nunc aliqua vers. 146. tit. de locat. & repetit idem Castr. conf. 190, n. 4, vol. 2, Curt. jun. consilio 172, n. 5, vers. Et idè Socin. jun. conf. 186. n. 10, & 14, lib. 2, Ruin. conf. 126, n. 13, & conf. 208, nu. 7, volum. 1, Rauden. respons. 35, n. 20, lib. 1, Dec. conf. 319, sub n. 2, Ruggier. conf. 21, n. 9, Modern. Lucen. conf. 13, nu. 7, & conf. 80, nu. 81, vol. 2, Peregr. de fideic. art. 26, n. 29, in fine, vers. adducit etiam Fufar. de subsist. quæst. 346, num. 27, & 39, Molin. de primog. q. 13, n. 8, latissimè, Caldas de jur. emphyt. lib. 2, q. 24, n. 86, cum seq. Gratian. discept. for. c. 901, n. 21, 22, Mantic. de tacit. lib. 22, tit. 15, n. 16, & tit. 16, c. 23, Rota coram Verall. dec. 16, 17, 18, p. 2, coram Duran. dec. 300, n. 6, & in Bonon. fideic. de Barberiis 5 Decemb. 1659, §. 1, quia conclusio coram Eminen. D. Card. Corrado, & 19 Februarii 1652, §. nam respondetur coram Reverend. P. D. meo Bichio.

Principium

Principium enim constitutum generationis masculinæ, vel femininæ, pendet à filiis, qui si masculi, constituunt generationem masculinam; si foemina foeminam, ac proinde sicuti filia \* primi acquirentis sub prædicta concessione non contineatur, quia non potest dici de generatione masculina nondum quoad ipsam inesse producta, Castr. dict. conf. 190, in princ. & plenius Alex. conf. 53, n. 5, cum seq. vol. 6, Curt. de feud. p. 3, n. 28, Paris. conf. 74, n. 2, vol. 3, Polydor. Rip. observ. 306, dicta qu. 346, n. 35, & 36. Ita nec aliquis ex ea descendens, cum in causato \* non possit esse plus virtutis, quam procedat ab influenti potentia causæ, ad text. in l. si viva matre, Cod. de bonis matern. & in cap. ad Apostolicæ de re jud. in 6, Castr. in dicta l. maritus, n. 5, vers. sed certum. Joan. Andr. in addit. ad spec. rubr. de testam. in fine, Alex. dicto consil. 53, n. 7, Honded. conf. 7, n. 28, lib. 2, Molin. dicta quæst. 13, sub eodem n. 8, in fine, Mantic. ubi supra lib. 23, tit. 36, n. 2, Ruggier. d. conf. 21, n. 10, Modern. Lucen. d. conf. 80, n. 81, Peregr. d. art. 26, n. 7, 8, qua ratione ad effectum successione in hujusmodi emphyteusi duplicem requiri qualitatem, \* quod sit masculus, & proveniat ex linea masculina primi investiti appositissimè deduxit Castr. dicto consil. 190, post n. 4, vers. si dicam, ubi quod excluditur omnis foemina descendens ex masculo, & omnis descendens ex foemina, etiam si sit masculus, cui non prodest proprius sexus masculinus, sed nocet sibi foemineus suæ Matris, vel Aviæ, quem sequenti sunt Gozadin. consil. 87, n. 15, Menoch. consilio 205, n. 29, Socin. jun. cap. 1, n. 117, lib. 1, Ruin. dicto consilio 209, eodem n. 7, Ruder. d. conf. 21, n. 23, Rauden. d. resp. 35, sub eod. n. 26, Modern. Lucen. conf. 26, n. 67, lib. 1, d. conf. 13, n. 7, & d. conf. 80, nu. 85, lib. 2, Joseph. de Sess. decif. Aragon. 49, n. 7, 8, Rota coram Durand. decif. 300, n. 7, & dec. 203, n. 5, p. 2, rec. fuitque dictum in altera decisione hujus causæ, cum V. Principissa Rocellæ sub die 5 Maii 1653, §. nec urget coram me.

Quæ opinio redditur indubitabilis in terminis emphyteusis Ecclesiasticæ, in qua \* semper ea summi debet interpretatio, quæ est Ecclesiæ favorabilior, Castr. dicto consil. 190, in fine, Ruggier. d. conf. 21, n. 18, Gratian. discept. for. c. 88, n. 6, & c. 131, n. 2, cum aliis allegatis in præcit. decif. hujus causæ, §. penult. vers. quæ opinio. Et regulariter in contractibus interpretatio \* fit adversus stipulatorem, leg. veteribus, ff. de pact. Alciat. conf. 104, n. 6, leg. 9, aliisque relatis. Peregr. dicto art. 26, n. 8, in fine.

Nec contrarium suadetur ex illis verbis Cominciando da tutti li suoi figliuoli, quasi generatio masculina esset inchoanda à nepotibus, quos idè sufficeret esse masculos ut pro inclusione istorum de Robertis, descendentium ab Octavio filio Victoria ponderabatur, cum particula, Da, latinè sonans in Monosyllabam A \* stet exclusivè, ut docet gl. in verbo ab initio in leg. 10, §. fin. ff. de act. empt. & Clem. sicut appellationem verb. à diebus de appellationibus.

Quia si aliter posuisset, vel materia subjecta, ut quia dicta præpositio sit juncta \* cum suo principio, aut natura contractus, seu verisimilis mens contrahentium, accipitur inclusivè, ut declarat Archid. in c. statuum n. 2, de præben. in 6, Bald. in l. à Caligato n. 12, C. de nupt. Oldrad. conf. 49, n. 1, Grat. c. 161, n. 21, Tiraquell. de retract. lignag. §. 1, gl. 11, n. 33, Rota dec. 705, n. 3, p. 4, diu.

Hic autem est juncta cum suo principio, cum sit adjuncta personis filiorum, à quibus incipit generatio, ut in specie animadvertit Simon de Pret. consilio 20, n. 16, conf. 88, n. 8, 17, lib. 2. Et in præ-

cis terminis de concessione facta ad tertiam generationem ab aliquo inchoandam, quod iste constituat primum gradum dixit Rota coram Buratt. dec. 602, n. 9, & in Foro Sempronien. & Eugub. seu nullius Emphyt. 26. Junii 1636, §. nec præjata in fine, coram bo. me. Coccino.

Idem suadet natura contractus, & verisimilis mens contrahentium, quia similes Emphyteusis bonorum Ecclesiasticorum solum concedi pro tribus personis, comprehensa prima receptoris cavetur in §. Emphyt. auth. de nov. alien. qui textus licet correctus fuerit, in §. licentiam, juncta gl. auth. de alien. & emphyt. Ex quo apparet emphyteusim \* Ecclesiasticam concedi posse, etiam ad quartam, & ulteriorem generationem, ut dixit Alex. conf. 125, n. 16, lib. 5, Ruin. conf. 186, n. 9, lib. 1, Mantic. de tacit. lib. 22, tit. 25, n. 13, Seraphin. decif. 1362, n. 7. Tamen argumento desumpto ex d. §. Emphyt. controversa est opinio an in Emphyteusi concessa ad tertiam \* generationem includatur primus acquirens, ut patet ex Mantic. qui eam disputat ad partes in d. tit. 25, per tot. Gabr. de jur. emph. lib. 3, concl. 4, Bald. conf. 448, per tot. lib. 3, Castr. conf. 338, n. 2, lib. 2, Simon de Pret. d. conf. 88, n. 24, Cephal. conf. 582, n. 13, 14, & consil. 585, n. 8, Hond. conf. 32, n. 38, lib. 2, Marefc. var. res. c. 53, n. 20, l. 2, Merl. d. c. 420, n. 78, cum aliis allegatis, in d. Foro Semp. & Eug. seu nullius emphy. eod. §. nec præjata; Quo circa illa verba, Cominciando da tutti li suoi figliuoli, censentur apposita ad evitandas dissentientes DD. opiniones, super inclusione primi acquirentis, non quia starent augmentativè ad inchoandam generationem in persona nepotum contra naturam contractus, & verisimilem mentem contrahentium, \* quæ talis fuisse creditur, ut bona quam citius ad Ecclesiam revertantur, ut in specie similis declarationis respondit, Rota decisione 499, n. 3, in fin. p. 3, rec.

Minus urget hæc solum procedere inspecto tenore Capitulorum, secus habito respectu ad verba instrumenti desuper celebrati, ubi Joannes Baptista stipulatus est, & acceptavit pro filiis, & ad eorum tertiam generationem, \* ex qua forma stipulationis, filii censentur primi acquirentes, pater autem consideratur, ut instrumentum, & filiorum minister juxta theoreticam Alex. in l. quod dicitur n. 16, vers. tamen quod casum nostrum, & ibi Jas. n. 27, ff. de verb. oblig. quem sequuntur Ruin. conf. 122, n. 3, in princ. lib. 1, Menoch. præsumpt. 48, n. 7, lib. 3, Surd. dec. 322, n. 20, Modern. Fulginat. de jure emphyt. tit. de contr. emph. q. 4, n. 8, Masc. de probat. concl. 1157, vers. limitanda est primò n. 5, & 6, & sic prima generatio incepisset à nepotibus virtute dictionis, eorum, \* quæ est separativa primi acquirentis à cæteris generationibus, pro quibus sit stipulatio, juxta distinct. Bald. in Auth. si quas ruinas, C. de Sacros. Eccl. Alex. conf. 110, n. 18, 19, libr. 3, Gozad. conf. 25, n. 7, Gabr. de emph. concl. 4, n. 3, 4, Ruin. de conf. 166, n. 6, Bellon. conf. 80, nu. 5, Mant. d. tit. 25, nu. 15, Menoch. conf. 1066, n. 17, Rota coram Seraph. dec. 1362, n. 2, Add. ad Buratt. dec. 602, n. 25, coram Gregor. 533, n. 1, ubi Add. n. 20, coram Merlin. d. dec. 420, n. 2, 3.

Quod autem instrumentum, non capitula attendi debeat, deducebatur ex illorum obcuritate, cum illa verba, Cominciando da suoi figliuoli, referri possint tam ad generationem, \* quam ad tempus concessionis, quo casu statur scripturæ pleniori, juxta celebrem doctrinam Bald. in l. Imperator, n. 26, 27, ff. de stat. homin. Alex. conf. 70, n. 5, lib. 1, & conf. 105, n. 3, lib. 2, Nat. conf. 314, n. 4, Bert. conf. 55, n. 4, l. 5, Soc. sen. conf. 94, n. 5, l. 1, Rimin.

P 4

jun.